

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum

Weitz, Johann

Noribergae, 1623

Liber I.

[urn:nbn:de:bsz:31-131303](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131303)



DE GUBERNATIONE DEI.

LIBER I.



Agim. 4. Plato & omnes) Quae duos sunt, & fuerunt apud Ethnicos etiam qualis qualis religionis fundamenta, sapienter advinus Plato legibus suis subjunxit l. 12. de legib. ubi

leges sepulcrales tradidisset; Anima immortalitatem, & Dei Providentiam, quo respexisse videtur Salvianus. Itidem Xenophon l. 1. *ἡ πομπὴ μνηστικῶν* in disputatione Socratis & Aristodemi. Item lib. 1. *κρησπιδεῖος* in fin. ubi praclare: ἦτοι ἦ, inquit, ἂ πῶς, αἰεὶ ὄντες πῶς ἴσμεν ἵσμεν τὰ γυναικῶν, καὶ τὰ ὄντα, καὶ ὁ, πῶς ἴσμεν αὐτῶν ἀποθνήσκει καὶ ἴσμεν συμβεβηκότων ἀνθρώπων οἷς αὐτῶν ἴσμεν ἀσπασμαίνουσιν ἂ τε γῆ ποιεῖν καὶ ἂ ἔρη. εἰδὲ μὴ πάντων ἐθέλωσι συμβεβηκέναι, ἀλλ' ἡμεῶν. καὶ ἂ ἀδύνατον αὐτοῖς εἶναι, ἂν αὐτῶν θείωσιν ἐπιμελείᾳ. *Quantò hac sanius quam illa apud Ennium:*

Nam si curent, bene bonis sit, malè malis, quòd nunc abest.

Quam Epicureorum sedè a unius inter Philosophos, quae hac aperte negaret, ut rectè postè addit Salvianus, sententiam Lucretius exprissit l. 7.

dddd 4 omnis

Omnis .n. per se divūm natura necesse est
Immortali ævo summa cum pace fruatur
Semota à nostris rebus, sejunctaq; longè.

Item :

Nec benè p̄ meritis capitur, nec t̄gitur ira.
Et Cic. 2. *Academ. quasi. & lib. 1. de Nat. Deor.*
Præceptorem Pisonem & Aristoteles sequitur 1.
de partib. animal. ubi de prudendis animalium
paribus acturus refert; cum Heraclicus forte ad
ignem in casa quadam furnaria sedens animad-
vertisset adeuntes ad se timide subsistere; accedit,
inquit, animo sidenti, quoniam ne huic quidem lo-
co Divi immortales desunt.

Ibid. Stoici) Ut vel apud unum, si ceteri tace-
antur, videre est Senecam, qui ob id etiam aureum
conscripsit libellum de Providentia, sive quare bo-
nis viris mala accidunt, cum sit Providentia. E-
jus imprimis p̄ sclaræ sententiæ vel Christiano ho-
mine non indignæ de ea re hinc inde & in aliis ex-
tant operibus, ex quibus unam saltem nunc adscri-
bam, quæ est lib. 6. de benefic. ubi: Dii non pos-
sunt, inquit, videri nescisse, quid effecturi essent,
cum omnibus alimenta protinus, & auxilia provi-
derint: nec eos per negligentiam genuere, quibus
tam multa genuerant. Cogitavit enim nos ante
natura, quam fecit; nec tam leve opus sumus, ut illi
potuerimus exicidere.

Page 8. Sua conscientia beati.) Sic Seneca e-
pist. 9. Ut scias autem hos sensus communes
esse

esse, natura scilicet dictante, apud Poëtam Comieum inuenies:

Non est beatus, esse se qui non putat,
Quid enim refert qualis status tuus sit, si tibi
videtur malus?

Simile verò argumentum Cicero tractat toto lib. 5. Tuscul. quest. & 2. Paradox. Itemq; Plutarch. libro ei aduersus inuidiam & de uxordominibus. Ad eum modum & Epictetus in Enchirid. pendè accenti si dicitur & πωεί, ἀλλὰ τί σοι πωίνουλι κτ. Φύσιν, ἢ ἄν ἔσθ' ἀρετῆς γένος. σὲ γὰρ ἀλλ' οὐ βλάπτει, αὐτὸν οὐ γέλλει. τί τὸ δὲ τὸν βλάπτει, ἢ τὸν πωίνουλι βλάπτει. Quò & S. Chrysostr. perit sententia, Neminem laedi, nisi à seipso.

Pag. 16. Patrata universitate) Accommodissime. Ut enim pater subolem patrat, sic Deus est pater universi.

Pag. 27. Aut quomodo nos &c.) Hoc eodem argumento Seneca Epicuri impium dogma iugulavit lib. 4. de benefic. Scio quid hoc loco respondeatur. Itaq; non dat Deus beneficia, sed securus & negligens nostri aversus à mundo, aliud agit aut (qua maxima Epicuro felicitas videtur) nihil agit, nec magis illum beneficia quàm injuria tangunt. Hoc qui dicit, non exaudit precantium voces, & undè q; sublatis in cœlum manibus vot a facientium, privata ac publica. Quod profectò non fieret, nec in hunc furorem omnes mortales consensissent, alloquendi sorda numina, & inefficaces Deos: nisi nosset illorum beneficia, nunc ultro ob
ddddd 5 lata

lata, nunc orantibus data, magna, tempestiva, in-
gentes minus interuentu suo solventia.

Pag. 28. Potestate exaltatur) Sic & Sulp Sev.
in sac. hist. cunctantem potestate confirmat, virtu-
tem ei signorum faciendorum impertiens.

Ibidena: Decies verberatur.) Sulpitius:
Decem plagis corporis & regni sui confusus & e-
victus est.

Pag. 33. Aliena nobis, nostra plus aliis pla-
cent) In hanc de cu' & exel'q' paranda sententiam ro-
za semper Stoa detonuit. Horat.

Qui fit Mæcenas, ut nemo quã sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors objecerit, illa
Cõtentus vivat? laudet diversa sequentes.

Seneca Epist. XX. Etiamnum dicam unde sit i-
sta inconstantia & dissimilitudo rerum consilio-
rurq'. Nemo proponit sibi quid velit, nec si pro-
posuit, perseverat in eo, sed transit: nec tantum
mutat, sed redit, & in ea que deseruit, ac damna-
vit, revolvitur.

Pag. 30. Induviarum.) Isidor. lib. 22, cap. 4.
Induvia, tunica serpentum, ut & exuvia, eo quod
ius quando senescunt sese exuunt. Glossar, in-
dubia, indamenium. uittur & infra pag. 152. In-
duviarum barbaricarum fætoro.

LIB. II.

Pag. 55. Feralissimo crimine) Sic supra lib. 1.
pag. 21. feralissimum nephas.

Pag. 56. Egestuosus.) Glossar. Egestuosus,
men-